

Liber Septimus.

Deiāo quia cessante impedimento corpora graua feruntur deorsum et leuia sursum sic spūs malorum remoto carnis onere feruntur statim ad locum suppliciorū ppter peni peccati grauitatem. Spiritus vero bonorum si non sit impedimentū alicuius culpe vel pene debite statim feruntur ad locum premiorum.

De acerbitate purgatorij

Capitulum. ij.

In purgatorio duplex pena est. Vna est pena damni de carentia diuine visionis. Alia pena sensus de afflictione ignis et quantum ad vtrūqz minima pena purgatorij maior ē maxima pena mundi. Istud patet de pena damni quia affectus quo desiderat summum bonum post hanc vitam ab animabus sanctis intensior est q̄ aliquis effectus rei temporalis. In vita ista maxime cū iam tempus habendi aduenerit. Ideo carentia eius modestius toleratur. Istud quoqz patet verum esse de pena sensus quia cum dolor non sit essentia aliter ipsa lesio sed lesio sensus tanto magis dolet anima quanto magis sentit sensitiuū aliquod. Ideo ab igne in ipas agentez maxime leditur et affligitur. **Nota causa acerbitatis pene purgatorij hec ē quia cum deus plus querat emendam q̄ penam plus ponderat in penitencia virtutem bone voluntatis q̄ penam afflictionis. Vnde plus ponderat deus modicam penam voluntariam in presenti q̄ multā nō ita voluntariam in futuro sicut plus valet modicum auri q̄ multū plūbi. Vnde oportet vt illud quod deficit in voluntate ibi suppleatur in acerbitate.** **De igne qui purgat animas est loqui dupliciter. Vel q̄ tum ad id quod primo affligit sicut est corporeus. Vel quantum ad illud quod proxime affligit et immediate sic est incorporeus. Primo modo dicitur ignis nature. Secūdo modo dicitur ignis similitudinariē sicut dicitur leo verus et leo pictus. Vtrūqz tangit Grego. quando dicit in eo ardent om̄ ardozem vident. Ille autem ignis corporeus dupliciter potest cōsiderari. Primo vt est instrumentū nature. et sic agere potest in corpus et non in animam. Secundo prout est instrumentum diuine iusticie sic agit in animā imprimendo illi speciem suaz per quam affligitur quia violenter specie illa informatur. Sicut enim anima p̄m ordinem nature vnitur corpori vt instituat vitam sic merito p̄m ordinem iusticie vnitur igni a quo suscipiat penam.** **Nota q̄ demones non puniunt animas in purgatorio sed illuc eas adducūt vel etiaz assistunt vt cōmuniter dicitur. Ex permissione tamen dei demones in hac vita quandoqz bonos affligūt. Cuius hec est ratio quia in presenti durat pugna inter hominē et demonem qui habet in eo potestatem exercicij sed post hanc vitam non sic. Vnde et aer iste caliginosus est affignatus demonibus magis ppter temptandi officij q̄ ppter supplicij.** **De locis penalibus quot sint et vbi sint. quere supra libro q̄to**